

vicos, villas, vel civitates. Fatigati ex tam longo itinere cœpimus iter carpere transgantes mare, et venimus in Italiæ, adjuvante Domino Iesu Christo, pro cuius amore ab hoc loco egressi pervidere ivimus tanta ejus mirabilia quæ ipse inter homines habitans

A fecit, vel quæ ante tempus incarnationis suæ olim per patriarchas et prophetas suos fecerat; viventes, ovantes, venimus Placentiam civitatem nostram, possumus super fluvium qui dicitur [Padus] infra jam dicetam Italiæ.

# FLORIANUS,

## ABBAS ROMANI MONASTERII.

### FLORIANI, ROMANI MONASTERII ABBATIS, EPISTOLA AD SANCTUM NICETIUM.

Domino suo Nicetio papæ, Florianus ex monasterio Romano [Al., Remano].

Benedicatur una Trinitas, Deus noster, qui vos pontificalibus meritis pontificali locavit in vertice, ut non beatitudinem dignitas, sed beatitudo præcederet dignitatem. Nec immerito: cum ab ineunte pueritia dominicis militaveris in castris, ut illuc tutius et validius diseretis, quibus facilius futeligibilis ille prosternitur Amalech, scilicet quando ei ipse victor es nomine. Sic enim estia Deo præuale in statutis cœnobialibus erudit, ut per mare sæculi sine sacerdotalibus fluctibus inoffenso vestigio transiret, et triumphalem hymnum cum Moyse merito concipientes: *Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est; equum et ascensorem projectit in mare.* Sic individuus comes Eliæ, ut nequaquam deserens altiora, quo humilitate coescenderas, unde cum apostolis in montem glorificationis aspiceret Dominum Salvatorem. Quia igitur sanctæ sanitatis vestre prærogative suffulsa, queso ut pro me, qui impetrastis, oreis. Quoniam Deus præcarius futurorum, qui fecit quæ vestra sunt, sciens me sacerdotum solatio indigere vivorum, ut bonus Dominus præparavit auxilia.

Vide ergo quantis adjutoribus utebor, cum pro me coepiris obsecrare sanctæ memorie dominum Enochium pontificem Ticiensis Ecclesiam, qui generosi sanguinis nobilitatem humilitate præverxit ad gloriam, ut in coelis patriæ senatu fueret et ibi seator, cuius incomparabilem doctrinæ facundiam non solum testatur Occidens, sed et Oriens instructa ministratur. Nestori fulmen, Eutychis extinxitor, gloriosem dominam meam inviolabilemque Mariam Christotoc et Theotocon, apostolica auctoritate perdonauit. Ipse ergo meus est pater ex lavacro, quem credo apud æternum Patrem per Filium intervenire

B pro filio. Sed et coronæ vestræ socium beatæ memorie dominum Cæsarium Arelatensem episcopum, qui vixit inter barbaros pius, inter bella pacatus, pater orphanorum, pastor egentium, qui tanti consus effusione nil perdidit, catholice regulam discipline dictis factisque demonstrans. Ipse igitur mihi Latinis elementis imposuit alphabetum, sed et hunc pro famulo discipulorumque suo impetrare coulido. Addo tertium, imparem quidem dignitate, sed meritis coequalem sanctæ memorie Théodatuum abbatem meum, et archimandritam, sæculi hujus inimicum, cui crucifixus est mundus, templum vere dignissimum Trinitatis, plenum reverentiae Christianitatis, ex placida bonitate mitissimum, jejunis castigatum, orationibus refectum, puritate mundissimum, qui mihi sacras exposuit Scripturas, et flores teneræ lanuginis ipse suscepit; qui pro filio et discipulo, successore que suo, licet indigno, non ambigo quod laus [Forte, latus] exoret. Vincunt ergo, Domine mi, tanti justi orationem peccatorum. Igitur quia conversatio vestra in coelis est, sicut dicit App̄stolus: *Vestra autem conversatio in coelis est, orate cum his, et rogate illum mentu sacraissimum confessorem Ambrosium, quatenus me ut peculiarem famulum tueatur, ut proprium civem soveat, ut familiarem alumnū eruat; qui apud Dominum Iesum quod oraverit exorabit. Quocirca salutationis obsequium famulū inter insinuans, precor ut pro beatissimo viro, domino meo Datio episcopo fratre vestro, semper pretis. Æquum est enim ut pro eo, quem monasterii septa D sacrarunt successorem, etiam confessorum successor egregius beatorum, exorare non desinas. Et hoc si dignum ducitis, supplicamus ut Beatitudinis vestræ sospitati parvitatem nostram faciatis, sicut petitus, successorem [Forte, certiorem].*